

## **Antifona ad Introitum Requiem aeternam (gregoriano) - Introito**

Requiem aeternam dona eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

## **Requiem aeternam dona eis, Domine**

Requiem aeternam dona eis, Domine,  
et lux perpetua luceat eis.

## **Te decet hymnus Desu in Sion**

Te decet hymnus Deus in Sion,  
et tibi reddetur votum in Jerusalem:  
exaudi orationem meam,  
ad te omnis caro veniet.

## **Requiem aeternam dona eis, Domine**

Requiem aeternam dona eis, Domine,  
et lux perpetua luceat eis.

## **Kyrie eleison**

Kyrie, eleison  
Christe, eleison.  
Kyrie, eleison.

## **Requiem aeternam responsum (gregoriano) - Graduale**

Requiem aeternam luceat eis Domine: et lux perpetua luceat eis.

## **In memoria aeterna**

In memoria aeterna erit iustus  
ab auditione mala non timebit.  
Absolve Domine animas omnium fidelium defunctorum  
ab omni vinculo delictorum, et gratia tua illis  
succurrente mereantur evadere iudicium ultionis,  
et lucis aeternae beatitudine perfungi.

## **Dies irae (gregoriano) - Sequenza**

Dies irae, dies illa, solvet saeculum in favilla: teste David cum Sibylla.  
Quantus tremor est futurus, quando judex est venturus, cuncta stricte discussurus!  
Tuba mirum spargens sonum per sepulcra regionum, coget omnes ante thronum.  
Mors stupebit et natura, cum resurget creatura, judicanti responsura.  
Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus judicetur.  
Judex ergo cum sedebit, quidquid latet apparebit: nil inultum remanebit.  
Quid sum miser tunc dicturus? Quem patronum rogaturus? cum vix justus sit securus.  
Rex tremendae majestatis, qui salvandos salvas gratis, salva me, fons pietatis.  
Recordare Jesu pie, quod sum causa tuae viae: ne me perdas illa die.  
Quaerens me, sedisti lassus: redemisti crucem passus: tantus labor non sit cassus.  
Juste judex ultionis, donum fac remissionis, ante diem rationis.  
Ingemisco, tamquam reus: culpa rubet vultus meus: supplicanti parce Deus.  
Qui Mariam absolvisti, et latronem exaudisti, mihi quoque spem dedisti.  
Preces meae non sunt dignae: sed tu bonus fac benigne, ne perenni cremer igne.  
Inter oves locum praesta, et ab aedis me sequestra, statuens in parte dextra.

Confutatis maledictis, flammis acribus addictis: voca me cum benedictis.  
Oro supplex et acclinis, cor contritum quasi cinis: gere curam mei finis.  
Lacrimosa dies illa, qua resurget ex favilla.  
Judicandus homo reus: huic ergo parce Deus.  
Pie Jesu Domine, dona eis requiem. Amen.

### **Domine Jesu Christe (gregoriano) - Offertorio**

Domine Jesu Christe, rex gloriae, libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni,  
et de profundo lacu.

### **Domine, Jesu Christie**

Domine, Iesu Christe, Rex gloriae, libera animas omnium  
fidelium defunctorum de poenis inferni et de profundo lacu.  
Libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus,  
ne cadant in obscurum; sed signifer sanctus Michael  
repraesentet eas in lucem sanctam,  
quam olim Abrahae promisisti et semini eius.

### **Hostias**

Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus,  
tu suscipe pro animabus illis,  
quarum hodie memoriam facimus.  
Fac eas, Domine, de morte transire ad vitam.

### **Quam olim Abrahae**

Quam olim Abrahae promisisti  
et semini eius.

### **Sanctus (gregoriano)**

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth  
Pleni sunt coeli et terra gloria tua.  
Hosanna in excelsis.  
Benedictus qui venit in nomine Domini.  
Hosanna in excelsis.

### **Sanctus**

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth.  
Pleni sunt caeli et terra gloria tua.  
Hosanna in excelsis.  
Benedictus qui venit in nomine Domini.  
Hosanna in excelsis.

### **Agnus Dei**

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,  
dona eis requiem.  
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,  
dona eis requiem.  
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,

dona eis requiem sempiternam.  
Lux aeterna luceat eis, Domine,  
cum sanctis tuis in aeternum quia pius es.

### **Lux aeterna (gregoriano) - Communio**

Lux aeterna, luceat eis, Domine, cum sanctis tuis in aeternum, quia pius es.

### **Requiem aeternam**

Requiem aeternam dona eis, Domine,  
et lux perpetua luceat eis,  
cum sanctis tuis in aeternum,  
quia pious es.

### **Libera me Domine (gregoriano) – Ad absolutionem**

Libera me, Domine, de morte aeterna,  
in die illa tremenda: quando coeli movendi sunt et terra  
dum veneris judicare saeculum per ignem.

### **Libera me Domine**

Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda  
quando coeli movendi sunt et terra  
dum veneris judicare saeculum per ignem.  
Tremens factus sum ego, et timeo,  
dum discussio venerit, atque ventura ira  
quando coeli movendi sunt et terra.  
Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae  
dum veneris judicare saeculum per ignem.  
Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

### **Antifona In Paradisum (gregoriano)**

In paradisum deducant te Angeli:  
in tuo adventu suscipiant te Martyres,  
et perducant te in civitatem sanctam Jerusalem.  
Chorus Angelorum te suscipiat,  
et cum Lazaro quondam paupere  
aeternam habeas requiem.